



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 86. Monasteriensis Episcopus Canonicis ob concubinarum ejectionem  
exosus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

næ, ac disciplinæ mutationem ad exi- Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.  
tum perduxit, & Magdeburgi in pri-  
mario civitatis templo primum pasto-  
rem Augustanæ Confessionis Sigifridum  
Northusianum instituit.

Postea Rottemburgum exigua infe-  
rioris Saxoniæ Urbs pariter ejurata  
Pontificis obedientia Augustanam con-  
fessionem adoptabat, & Christophorus  
Megalopolitanus, Halberstadiensis Epi-  
scopus, cuius imperio subditi erant  
Rottemburgenses, ibidem instituit Georgium  
Ufelerum, qui Lutheri sectam  
ibidem disseminaret: equidem huic te-  
meritati sese opponebant Halberstadien-  
ses, qui etiam, ut avitam Religionem  
sartam servarent, Henricum Julium  
Henrici Brunsvicensis Ducis Nepotem  
nonnisi biennem elegerunt, qui tamen  
ipsem progressu temporis Protestan-  
tium hæresin amplectebatur.

### §. LXXXVI.

*Monasteriensis Episcopus Canonicis  
ob concubinarum ejectionem  
exofus.*

Sub idem ferme tempus Bernardus Thuan. l.c.  
Rasfeldius Monasteriensis Episcopus,  
cum a summo Pontifice mandatum de  
concubinis removendis accepisset, il-  
ludque in Diæcesis suæ Synodo pro-  
mul-

L 1 4

Sæcul. XVI. mulgari jussisset, ferme omnes Canonicos, qui hæc prostibula palam tuebantur, in se vehementer concitabat: cum autem Präful esset prudentia, ac morum integritate celeberrimus, vitamque suam semper in summa probitate transegisset, hinc licentiosam suorum vitam pertoësus ultero die vigefima quinta Octobris hoc anno Episcopatu suo cessit, maluitque vitam in securitate privatam, atque obscuram, quam cum salutis periculo splendidam ducre: porro eidem subrogabatur Joannes Hoja jam olim Episcopus Osnabrugensis, & antea Cameræ Imperialis Präses, vir illustri generis splendore, morum comitate, eruditione, ac munificentia cum paucis comparandus, qui omni denique commendatione dignus fuisse, nisi ex contagiosa Sodaliū societate intermissis prioris vitæ exercitiis statum mutasset, & pristinam famam, ac præclaras animi dotes dissipari vitæ exitu obscurasset.

## §. LXXXVII.

*Francie Rex Mulinum profectus.*

*Thuan.* l. 38. *Interea Carolus IX. Galliarum Rex,*  
*&c. 39.* *postquam aliquamdiu Blæsis hiemasset;*  
*Be car.* *Bajonam reversus Mense Janua-*  
*comm. l. 30.* *rio Mulinum Borbonici agri urbem con-*  
*n. 35. hoc* *tendit. Advenerant etiam juxta Regis*  
*ann.* *manda-*